Form einer gründlichen und regulirten Rotund-Schrifft. c)

Lycurgus ille legislator, cum conaretur cives ſuos a moribus præſentibus ad temperantiorem vivendi rationem traducere [nam erant corrupti delitiis] duos educavit catulos eodem patre et eadem matre progenitos: quorum alterum paſſus eſt domi lautioribus cibis veſci, alterum eductum ad venationem exercuit. Deinde cum ambos in forum, vbi turba convocata erat, produxiſſet, ſpinis ſimul et eſcis quibusdam delicatiorib. illic poſitis, mox leporem emiſit. Sed cum uterq; raperetur ad aſſucta, & alter ad eſcas ferretur omni impetu alter leporem invaderet. An non videtis, inquit, cives, duos catulos, cum ex eodem ſint genere, tamen ob diverſam educationem admodum diſſimiles inter ſe evaſiſſe, plusque ad honeſtatem momenti habere exercitationem, quam naturam.

## c) A. D. 1716. — Une autre page des modèles d'écriture de Michel Baurenfeind : *Vollkommene Wieder-Herstellung* etc.

Ecriture ronde («Rotundschrift») : imitation de l'écriture humanistique de manuscrit (voir pl. 115b). Baurenfeind reproche à cette vieille écriture en particulier de n'avoir pas de lettres majuscules et de les emprunter à l'écriture romaine ou carrée (il s'agit de la *Capitalis quadrata*).

Dans d'autres planches Baurenfeind donne des modèles de l'écriture latine cursive, dont les lettres correspondent presque entièrement aux lettres cursives, qu'on emploie aujourd'hui.

**Form einer gründlichen und regulirten Rotund-Schrifft.**

Lycurgus ille legislator, cum conaretur cives suos a moribus praesentibus ad temperantiorem vivendi rationem traducere (nam erant corrupti delitiis), duos educavit catulos eodem patre et eadem matre progenitos: quorum alterum passus est domi lautioribus cibis vesci, alterum eductum ad venationem exercuit. Deinde cum ambos in forum, ubi turba convocata erat, produxisset, spinis simul et escis quibusdam delicatioribus [1] illic positis, mox leporem emisit. Sed cum uterque raperetur ad assueta, [2] et alter ad escas ferretur omni impetu alter leporem invaderet: „An non videtis," inquit, „cives, duos catulos, cum ex eodem sint genere, tamen ob diversam educationem admodum dissimiles inter se evasisse, plusque ad honestatem momenti habere exercitationem quam naturam?"

[1]) Ms. *delieatioribus*. [2]) Ms. *assucta*.